

d. extranag. i. vers. Pro quibus, illic, ad rationem & pro qualibet marca annui census, & extranag. 2. vers. Quod ipsi, illic, certum competens pretium in pecunia numerata, secundum temporis qualitatem, & appetitum in motu proprio Pij V. vers. Rursus nisi vere, illic, recepto integro, iustoque pretio, iunctis que circa huiusmodi taxam cum pluribus notati differ. 28. n. 79. & 80. non tamen ita exigitur, ut eius defectus irritum ab initio reddat totum contractum, ut minus recte putat, ac post nonnullos alios constanter defendit Felicia. tom. 1. de censib. lib. 1. cap. 9. n. 12. & lib. 2. cap. 1. n. 23. & tom. 2. lib. 2. cap. 1. n. 1. sequitur D. Valenc. cons. 62. n. 26. & 27. Cenc. de censib. p. 2. cap. 1. q. 1. art. 4. n. 23. sed tantum ut locum faciat reductioni ad iustum illud pretium, contracta damtaxat irritata quotenus pensiones ex illo percepta, superant pretium iustum, quia in eo excessu vltimus ille censetur, ad talis excessus restitutionem obligans, id quod tantum reuera voluerunt Guido Papa, Nauar, ac ferè omnes alij, quorum authoritate nititur Felicianus; quibus addi possunt, ita quoque accipiendi. Fr. Ludovic. Lopez in instructorio negociam. lib. 1. cap. 58. in princip. Card. Mantie. de tacit. & ambig. comment. lib. 3. tit. 2. n. 16. vers. Ceterum Ant. Gomez iun. de censib. cap. 3. n. 11. Fr. Eman. Rodrigu. ad motum proprium Pij V. de censib. concl. 2. dub. 4. Petrus Binsfeld. ad cap. in civitate, de usur. q. 12. concl. 2. ad 3. condit. magisque explicuerunt Petrus Phollerius, bene comprobans, in praxi censuali, verbo nihil ultra precipiatur, ex n. 15. And. Gail. prax. obseruat. lib. 2. obseru. 5. n. 10. & obseru. 7. num. vlt. Francisc. Milanens. dec. 2. ex n. 3. maxime n. 63. lib. 2. Olanus in concord. anti-nomiar. lit. A. n. 11. Ioan. Gutier. qui eum refert, ac sequitur prax. quest. lib. 2. q. 179. n. 3. Pater Mol. de iust. & iur. tom. 2. disp. 390. n. 9. vers. Quando autem, Petrus Binsfeld. in d. cap. in civitate, q. 14. concl. 6. pag. mibi 341. Pater Salas de contractibus sub tractat. de censib. dub. 2. 3. num. 4. & post longam disputat. Lud. Auend. de censib. cap. 36. a. n. 14. Quicquid reductionem tantum admittant, non etiam excessus restitutionem, vbi non adest expressa dispositio legis, pretium presentis cum clausula irritante, Ioannes a Medina relatus, ac receptus a Leonardo Lessio de iust. & iur. lib. 2. cap. 2. dub. 15. sub n. 106. Bonacina, qui & alios idem sentientes congerit, de contrat. disp. 1. de censib. q. 4. puncto vni. n. 22. vers. Sed contrarium. Sed & si hac sententia vera esset, adhuc apud nos planum foret, reditus ultra iustum pretium acceptos debitori restitui debere, aut in futuros imputari, ut tanto minores soluantur donec illi fuerit satisfactum, itante l. Regia 6. vers. Y assi ordenamos, in toto vers. Y no se pueda, tit. 15. lib. 5. noua compil. que & census minoris pretio, quam ab ea taxato constitutos irritos declarat, & simul decernit, si aliter constituantur, non nisi ad eius pretij rationem eos exigi posse, prout eam l. recte expendit, & explicat Auend. d. cap. 36. num. 26. id quod prius fecerat Galpar Rodericus Feliciani audaciam inculans in fugillando legem illam lib. 3. de ann. redit. quest. 7. num. 4. vers. Pro quo expendo, & lib. 2. q. 1. mem. 12. quicquid ipse postea d. q. 7. a. n. 8. & d. q. 1. n. 13. distinctione mere cerebrina, & generalibus eiusd. l. verbis repugnante, ad opinionem conciliandas vtatur, qua omnia, precedentem sententiam velut, vlti magis receptam (vt & Felicianus agnoscit) amplectitur post Frider. Martinum, & Collegiorum decisionem Cameræ Imperialis a se relatos, Bernard. Grauens ad Gail. prax. conclus. lib. 2. conclus. 7. num. 4. Rursus * in distinctione post verbum vendit, non addidi, & alius emi, vt fecit Felician. d. lib. 1. de censib. cap. 4. numero 8. quia cum hoc necessarium supponatur ex natura correlati-onum, iuxta regulam Textus in l. fin. ff. de acceptilat.

cum similibus à me relatis differ. 4. num. 10. & quia inter venditorem, & emptorem, vt & inter dantem, & accipientem debet esse distinctio personarum, iuxta aliam regulam, que sumitur ex l. 2. ff. de stipulat. seru. & cap. vlt. cum relatis à gl. verbo dantem, ex. de infirmitat. illi quidem verbum planè supernacaneum esset, quod vitium in definitione omnino vitandum fore superius notauimus. Qua etiam ratione nec post verbum, quis, addidi ad sic contrahendum habilita, quibus verbis excluderetur venditio iuris censualis, ab inhabili celebrata, puta à minore absque iuris solennitate, à prodigo, cui bonorum administratio interdicta est, à filiosam, in bonis, ad patris vsumfructum, & administratorem pertinentibus, in eius infici, aut non contentis præiudicium, iuxta ea, que latè cum pluribus resoluunt, & explicat Auend. & Cencius de censib. ille, capite 80. cum 3. seqq. hic verò part. 1. cap. 2. quest. 1. art. 2. 3. & 4. per totos quia termini habiles semper sunt supponendi, vt pluribus probati, & exornati differ. 1. num. 59. atque ita ipsum solum verbum que, imò & vniuersale quilibet, vel quicumque, de habili & idoneo semper est accipiendum, vt ex pluribus probat Tiraquel. de retrat. consanguin. §. 1. gloss. 7. numero 26.

Que adnectuntur verba iam exigendis reditus annuos, & c. materiam & formam peculiarem huius contractus, egregie demonstrant; eius namque subiecta materia neque est res ipsa immobilis solationi redituum designata, que in dominio venditoris, manet, vt latè probauit, & exornati differ. 3. 1. ex numero 4. neque sunt ipsius rei fructus principaliter, quasi fructuarij census tantum proprie liceant, & vt pecuniarij admittantur, fructus ipsi quaedam iuris fictione venditi, & ad pecuniam æstimati censentur, atque ex tali æstimatione succedat eis ad exigendos reditus pecuniarios, pretio pro fructibus dato correspondentes, vt minus rectè existimantur plures relati à Feliciano libro 1. de censibus, cap. 4. numero 7. & ultra eos Francisc. Garcia de contractibus 2. part. cap. 3. conclusio. 5. versiculo, Para enterder, Ludon. Lop. in instructorio negociam. lib. 1. cap. 56. a. vers. His tamen non obstantibus, & c. capite 57. condit. 1. vers. Hinc etiam colligit, & condit. 2. vers. Tum quia in hoc contractu, & cap. 58. vers. Sed & dubium hoc, circa finem, ac post alios Sigism. Scaccia de commerc. & camb. §. 1. q. 1. n. 174. quorum sententia planè conuincitur ex multis, quæ doctè considerat Felicianus dicto num. 7. vers. Ea tamen distinctio, & ex his que nos in simili latè diximus d. differ. 3. 1. ex num. 7. Quin potius subiecta huius censualis contractus materia principaliter est ipsum ius annuos reditus exigendi, impositum super fundo, vel re alia immobili frugifera, contemplatione fructuum illius, tali oneri æquivalentium, quemadmodum apparet ex verbis, memoratarum extranagantium, & aliarum institutionum Pontificiarum, in quibus nulla emptiois fructuum mentio fit, sed annuorum censuum, in nummis consentientium, sine iuris eos exigendi propter fructus, si adiungas que cum pluribus latè docui differ. 29. n. 20. differ. 31. num. 6. & differ. 33. num. 25. Neque enim censuum nomen materialiter accipiendum est pro ipsis pecuniariis reditibus, quasi hi immediate pro pecunia accepta vendantur, sed formaliter potius pro iure eos exigendi ex re certa frugifera, quod ius in re propria immobili, vel quasi, sui natura apta ad ferendos fructus sine naturalis, siue ciuiles, ex quibus reditus illi, siue pensiones pecuniarie redigi valeant, iure quidem constituti, & vendi, aut alio quolibet titulo transferri in alium potest, vt & ius vsumfructus in nummariis quoque pensionibus

nibus consistens, prout etiam latè ostendi dicta differ. 31. ex num. 13. Quod non satis perceperunt Alciat. responso 3. à num. 2. in fin. vers. Sed his tamen, & Card. Mantie. qui eum refert, ac sequitur, de tacit. & ambig. comment. lib. 8. tit. 2. num. 13. putantes contractum, quo denud census constituitur, & venditur super re etiam immobili, esse fœneratium, quos sequenti dissertatione in solur. ad 1. fundam. aptius conuincam. Quinimò * & census fructuarij maioribus quam pecuniarij periculis sunt expositi, ad que vitanda nonnulla interuenire debent, iuxta ea que tradiderit Nauar. ad c. si funeraueris, 14. quest. 2. num. 120. Virgin. Boccac. de censib. 2. part. num. 9. & 3. part. a. num. 52. Ioannes Azorius 3. part. instrum. moral. lib. 10. sub tractat. de censibus, cap. 20. quest. 3. Galpar. Rodericus de ann. reditibus, libro 1. quest. 6. à numero 16. & post alios Ludonicus Cencius de censibus, parte 1. cap. 1. quest. 1. art. 3. à numero 12. qua de causa illi apud nos prohibiti sunt, & ante impositi ad pecuniarios iustos reduncantur in lege 4. & 7. titulo 15. libr. 5. noue compilat. & ultra ordinarios ibi, obseruauerunt D. Guartnias variat. resol. lib. 3. cap. 10. num. 3. Ioannes Gutierrez prax. quest. libro 2. quest. 170. per totum, Galpar Rodericus dict. lib. 1. quest. 12. à num. 2. Auendañ. de censibus, cap. 46. a. num. 9. nouissime D. Francisc. de Amaya ad l. vnic. num. 13. C. de collation. donator. libro 10. cap. 3. à num. 12. ad 20. Auendañ. & Cencius eol. tractat. ille cap. 62. à num. 4. cap. 66. numero 3. & 4. cap. 67. num. 3. vers. In censu tamen, & cap. 70. cum nonnullis sequentibus, hic verò articulo 1. cap. 2. quest. 2. art. 5. & 6. & q. 2. & 3. per totos articulos siue etiam non vere propriam, sed pro tali habitam, qualis est res aliena, census oneri de consensu domini subnixæ, ex his que resoluunt post alios idem Auendañ. & Cencius ille cap. 61. num. 3; hic verò 1. part. cap. 2. quest. 1. art. 1. num. 8. Christophor. Marcus post de cif. 29. Rota Senensis, exam. 18. à num. 48. quod qualiter procedat, & dubia, que circa hoc occurrere possunt, vtiliter ipsi declarant. Ac iuris * vt per rem quasi immobilem eodem modo significarem rem non propriè immobilem, sed pro tali à iure reputatam, qualis est alter census rectè, & vtiliter constitutus, vt cum pluribus probauit Dissertat. 29. num. 11. huiusmodi etiam sunt iura vsumfructualia, & similia, iuxta ea que resolui Dissertat. 17. num. 13. & que tradit cum pluribus Cencius dict. part. 1. cap. 3. quest. 1. art. 1. cum duobus sequentibus. Nec est in iure nouum * vt eadem vox, vel dictio ad diuersa referatur, diuersimodè que respectu vnus, ac respectu alterius accipiatur, vt constat ex l. 2. versiculo Vt ecce ff. de officio proconsul. vbi notat Gloss. verbo manumitti, vers. Sic et eo, alia iura citans, quam ultra relatos in precedenti Dissertat. num. 51. circa finem, versiculo Nec nouum, ad hoc notant Ludovic. Roman. qui & nonnulla alia iura congerit conf. 480. num. 6. lalon in l. 1. num. 2. versiculo Nec obstat (per illum quoque Text. & alium ei similem, quem refert) C. de Carboniano edito, Decius in cap. 2. num. 47. de rescript. & in cap. quoniam Abbas 14. num. 2. de offic. de-

legari, Cagnol. in lege euabit, num. 21. Cod. de test. empri.

Potem verò huius contractus exprimitur vltima illa distinctionis verba: *Quandiu sibi vel successoribus placuerit*, significant enim, hunc censum esse redimibilem ad voluntatem venditoris, vel eius hæredum aliorumve successorum in re censu subingata, etiam singularium, ad quos ipsius census onus transiit, qui ab eo se quotiescumque voluerint liberare possunt, reddito emptori pretio, vt constat ex extranagantibus 1. vers. Et semper in ipsis, & extranagantibus 2. versiculo Hoe adiecto, de emptio. & vendit. & motu proprio Pij V. vers. Postremo census omnes. In quo maxime huius census iustitia reuocet, quippe per quod ille ab omni fenotis suspicione excluditur, cum non magis emptor seu creditor de lucro ultra fortem certus esse possit, quam si in perpetuum fortem principalem, siue pretiam, quod pro eo censu dedit, alienaret, ob incertam debitoris voluntatem quando redimet; qua ratione census hic redimibilis perpetuo acquiparatur; vt cum pluribus docui Dissertat. 29. num. 13. & Dissertat. 33. num. 69. Atque ita ad eius iustitiam, & substantiam omnino conditionem hanc necessariam esse, vt debitor possit quodcumque redimere, docuerunt Phollerius in praxi censuali, verbo instrumentum gratia, num. 1. & 5. Virgin. Boccac. de censibus, part. 2. num. 101. & part. 3. num. 23. Ludonic. Lop. in instructio. negociam. dict. lib. 1. cap. 59. ad 2. argumentum, vers. Circa illam particulam, Pater Rebellen de obligat. instrit. 2. part. lib. 10. quest. 6. num. 20. Pater Azorius instrit. moral. part. 3. lib. 10. tractatu de censibus, cap. 17. per totum, Anton. Gomez iunior de censib. cap. 3. num. 20. Auendañus de censibus, c. 101. ex num. 1. ac post alios Bonacina summa moral. tom. 2. tractat. de contrat. disp. 3. quest. 4. de censib. n. 40. Ludonicus Cencius part. 2. cap. 1. quest. 2. art. 7. à num. 3. Aded quidem vt contrarium pactum, vel redimendi facultatem omnino debitori auferens, & conferens in voluntatem creditoris, vel restringens illam ad certum tempus, aut casum, irritum & fœneratium huiusmodi contractum reddat, vt iidem docuerunt, ac resoluunt etiam cum pluribus Ioan. Baptista Lup. commentar. 2. de usur. ad l. 2. C. de pact. inter emptor. num. 69. Auendañ. dict. cap. 101. ex numero 2. & Cencius dict. art. 7. ex num. 16. & art. 8. per totum, & 3. part. cap. 1. quest. 3. art. 1. num. 1. & 2. & ego cum multis aliis differat. 27. n. 10. 11. & 12. In quo etiam hic contractus distinguitur à simpliciter contractu emptiois, & venditionis, cui indistinctè redimendi, seu retrovendendi pactum accedere potest, tam scilicet ex parte emptoris, quam venditoris, si aliunde vsumfructus frans non detegatur, vt constat ex his, que docui asserrat. 32. num. 2. 5. & 7. & que tradit Lupus dict. commentar. 2. a. num. 28. Pater Azorius dict. 3. part. instrum. moral. libro 10. tract. de censibus, capite decimo septimo, post principium, vers. Hec conditio.

Que quidem redemptio (vt obiter moneam) etiam pro parte fieri potest, vt constat ex dict. extranagantibus 1. vers. Et semper in ipsis, & d. extranagantibus 2. vers. Hoc adiecto, ubique ibi, in toto vel in parte, de emptio. & venditio. ac notatur Phollerius in praxi censuali, verbo instrumentum gratia, num. 37. post medium, versiculo Aut vult redimere partem, Nauar. in commentar. de usur. ad cap. si funeraueris, 14. quest. 3. numer. 78. in 5. conditione, ac num. 95. & a. n. 101. vers. Pro parte vero affirmante, Didac. Picarto latè comprobans ad statum de Guadalupe de censibus (vbi idem probatur in 5. conditione) Glossa verbo, I gracia de redimirlo, & verbo en todo, 0 en parte, Virgin. Boccac. de censibus, part. 1. num. 13. & 14. & part. 2. num. 106. & part. 3. num. 27. Michael de Palasio

Palacio de contractib. & restitut. lib. 4. cap. 6. in 5. vers. Commemorant, pag. mibi 310. & pactum contractuum, vt redemptio non nisi in totum fieri valeat, et si non sit vsurarium, pro ut esse existimant minus recte Nauar. in d. 5. conditi. saltem tamen esse illicitum, & ab huiusmodi censuali contractu reiiciendum si maiore pretio, vltra communem census taxam praestito, non compensetur, docuerunt Dominicus Soro de instr. & iur. lib. 6. quest. 5. art. ult. conclus. 4. vers. Postea quidem, & vers. Potest quidem, Ioannes Guierrez practio. quest. lib. 2. quest. 174. a numero 2. Azueud. ad legem 1. titul. 15. lib. 5. noua compilar. numero 5. versiculo Neque refringi facultas, Felicianus tomo 1. de censibus, libro 1. cap. 8. num. 16. in princip. & post medium, vers. Et quamuis passim, & tomo 2. ad idem cap. num. 19. latissime vterque Ludouicus Auendañus, & Cencius sub eodem tractatu ille capite 107. a numero 8. hic verò 3. par. cap. 1. questione 3. art. 8. a numero 16. Pater Magist. Dominic. Bañez de instr. & iur. questione 78. articulo 4. pag. 633. Quicquid * contrarium, nemp in initio domino census non posse pro parte tantum redemptionem fieri, nisi ita ab initio inter partes conuentum sit, nec aliud voluisse memoratas extraneantes, adeoque multo magis valere, neque illicitum esse contrarium pactum, vt non pro parte, sed in totum census redimi possit, voluerint D. Francisc. Sarmient. selectar. interpretat. lib. 7. cap. 1. num. 27. Franciscus Garcia de contract. p. 2. cap. 4. conditi. 7. vers. Toda la dificultad, pag. mibi 147. & 148. Ludouicus Lopez qui eum refert, ac sequitur in instructo negotiant. libro 1. capite 59. conditi. 5. post 4. conclus. versiculo Insuper inquisitione, Iosephus Angles in floribus Theologicar. quest. ad lib. 4. sentent. 4. de censibus, conditi. 7. Ioannes Baptista Lop. comment. 2. de vsuris, ad l. 2. Codice de pact. inter emptor. numero 71. Franciscus Milanensis decisi. 2. Sicilia, numero 75. lib. 2. Did. Spino in speculo testam. in gloss. Rubr. par. 13. num. 37. versiculo Qua ratione, Pater Molina de iustitia & iure, tom. 2. disp. 393. num. 9. Fr. Emanuel Rodrig. & Antonius Gomezius innot. ad mot. propr. Pij 7. de censibus, ille conclus. 6. dub. 4. hic verò capite 3. numero 23. Galpar. Rodriguez de retrib. libro 1. quest. 18. n. 3. vers. His tamen non obstantibus, & numero 36. & 38. Stephan. Gratianus discip. ferens. tom. 2. cap. 323. num. 4. qui simpliciter accepit, nisi iuxta terminos consensum explicandos, procul dubio falluntur. Cum autem * partis nomine regulariter, dum de alio non constat, dimidia tantum intelligatur, l. etiam partis 43. alias 50. ff. de vsufr. l. de atate 11. alias 12. §. si interrogatus, 6. ff. de interrogat. l. plane 34. §. ult. inuncta gl. verbo pro parte, ff. de legat. 1. l. nomen filiarum 164. §. portionis, alias partitionis, in fine, illic: Sed si non fuerit portio adiecta, dimidia pars debetur, ff. de verbor. signif. & vltra Doctores vbiq. notantur Gloss. verbo totam, vers. Item si dicat, in l. si in rem 6. ff. de rei vendicat. gl. 1. in cap. priusquam 4. 28. distinct. simili verbo vltra medietatem, in cap. 2. §. fructuum, de decimis, lib. 6. Antonius Cordatus in singularibus, verbo pars, siue singul. 113. in principio, Aluissus de Albertis singul. 233. Alexand. conf. 102. numero 4. libro 6. Decius consilio 69. num. 2. ac post plures alios Tiraquellus ad l. si unquam, verbo omnia, vel partem num. 8. Codice de reuocand. donacion. hinc fit, vt praecedens doctrina, ex extraneantibus desumpta, accipienda sit de dimidia parte, vt pro ea census dominus redemptionem admittere cogi possit, vt resolunt de praxi testantes Gutierr. d. quest. 174. num. 2. ad fin. Felicianus d. lib. 1. cap. 8. num. 17. & tom. 2. ad idem cap. num. 12. vers. Denique, Cencius d. art. 8. num. 12. & 22. non autem de qualibet parte, etiam

minore dimidia, vt perperam putauit Picarrus d. gloss. sa, verbo 3. y gracia de redimiro, vers. Que se uida, male motus ex d. extraneag. 2. que id minime probat, vt aduertit Felicianus, d. num. 17. in fine, quamuis ipse tandem ob aequitatem eius opinionis in fauorem debitoris magis ei plaudat; & contraria sententia non admittens pactum de redimendo pro parte censum, eo tantum casu vera erit, quo conceptum ita fuerit, vt pro minore parte dimidia redimi census nequeat, quod & absque pacto intelligitur, vt diximus. Quam verissimam * resolutionem passim me iudice amplexus est Senatus Hispalensis. Quod inter alia accidisse memini in causa don Ioannis de Vilches cum Antonio Dauila; nam cum ille huic debitor esset cuiusdam census mille ducatorum sortis principalis, & dimidiam ei partem, nemp quingenta pro illius redemptione cum reditibus, vsque in eam diem decursis offerens, acciperet Antonius creditor recusaret, & vt acciperet condemnatus esset ab ordinario iudice, ab hac sententia Antonius Hispalensem pronouacit senatum, qui ordinarij sententiam ex supra dictis merito confirmat 26. die Augusti anni 1627. Quomodo etiam idem Senatus, & Granatenis, ad quem postea euocatus sum, in similibus causis passim indicat.

Ex qua verissima diffinitione sic explicata non obcurè deducitur, contractum hunc censuale consistere minime posse ab eo fundo, alia re immobili, vel aq. pollenti frugifera, vel matura, basi, & fundamento, super qua, vel quo ius annui reditus imponitur ac venditur, vt inde reditus ipse pecuniarius exigi valeat, quapropter ita in re immobili cohaerere dicitur, & propter talem cohaerentiam immobile indicatur, in eodem ipso loco consistens, in quo res immobili cui cohaeret, sita est; in eoque a simplicibus iuribus, & actionibus discriminetur, vt cum pluribus docui differt. 29. num. 21. & 22. id quod mihi planè probat elegans Text. in l. si fideicommissum 50. §. tractatum, vers. Quid tamen ff. de iudic. vbi onus rei in haerens circumscribitur loco, vbi res ipsa sita est, atque in eo distinguitur a simplici aris alieni nomine, quod non afficit locum, vbi id contractum est, sed vniuersum patrimonium, tam ibi, quam alibi existens. Cui Textus est satisfactore conuenit Felician. contrarium docens tom. 1. de censibus, lib. 2. c. ult. num. 12. vers. Tertium argumentum, id minime praestitit, vt diligenter intuenti perspicuum fiet. Vnde apparet, ius per se ac principaliter reale ex tali census impositione ac venditione, super re illa immobili, vel aq. pollenti facta contrahi, quod quemlibet eius possessorem sequitur, vt rectissime obferuauerunt relati supra, numero 12. indeque illi resoluti effectus, quos retuli numero 13. 14. & 20. qui in puncto iuris verissimi sunt, & absque dubio procedunt cum quis simpliciter constituit, ac vendit ius annui reditus super re sua immobili, vel quasi frugifera, neque ad reditum solutionem se praetera personaliter obligat; nam data huiusmodi simplici venditione & constitutione census, nulla alia emptori pro reditu actio competit, quam possessionis consecutiva, ratione oneris rei possessae affixi. Quae * quidem actio ratione rei realis est, & cum in eius consequentiam veniat obligatio personae, dicitur personalis in rem scripta, vt docui differt. 14. num. 38. & 56. circa finem, versiculo Cum alioqui, quod & ipsum tradidit Hieron. Gabr. conf. 47. num. 6. post med. vers. Quique conueniri, & num. 14. lib. 1. & conf. 141. num. 2. lib. 2. Sord. decisi. 44. num. 9. Marta voto, seu dec. 49. ad num. 5. p. 1. & voto 215. a num. 45. p. 2. Caesar Vrsillus ad Afflicum decisi. 95. num. 7. Card. Mantie. decisi. 7. num. 2. Cencius de censibus, part. 2. c. 2. §. 3. art. 7. num. 11. & 12. & art. 8. num. 7. & questione 5. art. 7.

52
Distinguitur
Hispal.
lupis

art. 7. num. 1. circa fin. vers. Altera actio, & num. 4. ad fin. & art. 8. num. 1. & post tractat. decisi. 90. num. 10. & decisi. 230. num. 6. Floridus Maulon. de causis excuscia. ampliat. 6. num. 14. vers. Altera vero in rem, & n. 15. 18. 19. & 27. & ampliat. 14. num. 43. post med. vers. Sed si conueniantur, quicquid contrarium contendant Vicgin. Boscac. de censib. p. 2. num. 2. post princip. vers. Mibi verò, & circa fin. vers. Sed a hac actio. Quae propter * talis actio sui natura nedum aduersus tertium rei censit possessorem, abique vlla venditoris censuales, vel eius haeredum excusatione dirigi potest, iuxta superius tradita d. num. 13: sed imò regulariter debet, secundum relatos d. n. 14. §. Nec id limitatur in omnibus casibus relatis a num. 15. ad 19. in clausulis, sed in primo, & secundo tantum, nemp in subsidium cum tertius soluendo non est, iuxta tradita d. n. 15. & ex causa euictionis cum res censita ab eo fuit per verum dominum, aut alium creditorem, antequam ius habentem euicta, ex traditis n. 16. & 17. Nam * tertius casus relatus n. 18. vt pro reditibus decursis antequam ad tertium possessorem res censita perueniret, possit vel ipse possessor, vel census venditor, eius vel heres ad libitum creditoris conueniri, procul dubio falsus est; quia cum hac actio in rem scripta duntaxat competat ratione possessionis, & vsufructus rei, l. vsufructu 7. §. quoniam igitur, ff. de vsufruct. l. neque suspensum 13. vers. Onus enim, ff. de impensis in res dotal. fact. l. fructus 13. c. de alt. empri. & l. 2. in fin. C. de annor. & tribut. lib. 10. c. tenus tantum aduersus tertium datur, quatenus is possidet, & fructibus potitur, vt vel ob eam causam onus rei annexam agnoscat, vel rem dimittat, iuxta ea, quae cum D. Conset. & aliis tradidimus differt. 14. num. 38. & quae post alios quocumque obferuauerunt Hieron. Gabr. d. conf. 47. n. 11. Caesar Vrsillus ad Afflic. decisi. 95. num. 7. Gutierr. conf. 49. n. 12. Felician. tom. 1. de censibus, lib. 3. c. ult. n. 2. Rodrig. de ann. redit. lib. 2. quest. 9. num. 68. vers. Videtur tamen, D. Perez de Lar. de annuier. lib. 1. c. 9. n. 26. & 27. Cencius de censib. p. 2. c. 2. quest. 5. art. 8. n. 5. & 9. & 10. art. 9. n. 8. Florid. Manfonius de caus. excuscia. d. ampliat. 6. numero 7. in fin. Qua sanè doctrina, & si in censu displicet Petro à Salazar de vsu. & consuetud. c. 11. n. 63. vers. Mibi verò, verissima tamen est, nec obscure colligitur ex l. si absente 48. al. 55. illic. Sed si paratus sit recedere ab vsufructu fructuaris, non est cogendus recedere, & l. cum fructuaris 64. al. 71. ff. de vsufr. l. & si forte 6. §. etiam de seruitute, vers. Labeo, illic. Hanc seruitutem non hominem debere, sed rem, denique licere domino rem deuelinquere, ff. si seruit. vend. l. filius suus. 114. al. 117. §. apud Marcellum 3. in fine, vers. Quia placet, & §. sed si Titij 4. vers. Corie ff. de legat. 1. Nisi scilicet aliquid tertius fecerit, vnde ipse vel eius heres, possessione etiam translata in alium, suo nomine teneatur, l. de eo 12. §. fin. illic. Item heres possessoris suo nomine teneatur, ff. ad exhibend. l. si tertius 6. §. Celsus, l. cum quo 7. & l. emptor 11. vers. In eadem causa, illic. si ipse author non fuit, ff. de aqua, & aqua plu. arcent. Non igitur * hic tertius possessor, & si census onus agnoscat, cum id abique vilo facto suo proneniat, & rei censita in haeret, tenet potest ratione fructuum quos non percepit, sed respectu tantum pro fructibus, ab ipso durante possessione perceptis, pro antea verò decursis aduersus antecessorem, qui percepit illos; quod & colligitur ex leg. sed venditor 13. ff. de rei vend. l. de aqua & aqua plu. arcent. vbi in casu legis praeced. in quo actio in rem scripta contra emptorem vel donatarium competit, nihilominus venditor, aut donator tenetur pro damno, & impensis ab actore factis, non alia ratione, quam quia ad ea emptor, aut donatarius teneri non potest, cum non sint onera corresponsentia fructibus ab ipsis perceptis, atque ita

non debeat esse in damno qui non fuit emolumentum potius, iuxta reg. l. secundum naturam 10. ff. de reg. iur. cum similib. quam rationem in simili expresse elegans Text. in l. apud eum 7. illic. Reliqua vero temporis antea in nouo domino sicut possidere non patimur, ne alterius culpa alter incipias subiacere dispensatio, C. de censib. & censur. lib. 11. ex quibus fere hic in terminis docuit Hieron. Gabr. d. c. 5. §. 47. num. 14. cui accedunt Pet. Sord. parum sibi constans d. c. 5. §. 204. n. 9. circa fin. vers. Bene verum est, Ludou. Cenci. de censib. p. 2. cap. 2. quest. 1. art. 8. num. 5. Florid. Manfon. de caus. excuscia. ampliat. 14. num. 43. vers. Sed si conueniantur, nouissime D. Amaya, quamquam alia ratione parum tuta nixis, ad l. 1. c. 2. n. 13. C. de annor. & tribut. lib. 10. Nec admittenda est * diffinitio Petri Pholletij in praxi censuali, verbo. Huiusmodi censuales, n. 34. al. 97. vers. Pararem, vt cum dominus seu creditor census negligens fuerit in exigendo reditus decursos a venditore census, eiusue haerede, & tunc eos petere nequeat a singulari possessore rei censitae, an nulla ei culpa in negligendo excusationem imputari possit, & tunc etiam a tertio possessore eos exigere valeat; sequantur quamuis cum Guiliel. Redoanus de reb. Ecclesie, quest. 17. de censur. annui census, numero 63. Gutierr. dist. consil. 49. num. 3. Sordus decisi. 32. numero 6. vers. Et non solum, inuncto num. 9. (vbi idem resoluit in possessore rei emphiteuticæ) Felicianus tom. 1. de censib. lib. 3. c. ult. n. 33. & tom. 2. eod. lib. & cap. n. 2. vers. Postquam verò, inuncto vers. Et ad id quod dixi, Rodrig. de retrib. lib. 2. quest. 27. n. 42. ad fin. Auend. de censib. cap. 99. n. 41. Cencius dist. quest. 5. art. 9. num. 64. & in inaccessore maioratus, super cuius re aliqua ex facultate Regia census fuit constitutus, nec ab antecessore solutus, D. Ioan. del Castill. quotid. controu. tom. 6. c. 161. n. 33. versiculo. E contrariis tamen. Quid enim commune habet diligentia, vel debita creditoris in petendo a debitore decursos reditus, enim obligatione, vel immunitate tertij possessoris, argum. lege fin. vers. Se paratum, ff. de calumniator. cum similib. a me relatis differt. 11. numero 76. Maxime cum iura, quae de huiusmodi actione in rem scripte loquuntur, tale distinctionem minime faciant, sed ad id tantum onus possessorem indilinctè obligent, quod fructibus ab ipso perceptis respondeat; vt diximus, adeoque nec nos facere eam debeamus, ex reg. leg. de precio 8. ff. de Publicia, in rem alt. cum his, quae in simili post alios docui differt. 29. num. 15. Sed nec hi, * qui generaliter affirmantur, tertium ac singularem rei censitae possessorem ad reditus praeteriti temporis cogi posse, moueri ex eo debuerint, quod in possessore rei tributariae, sine tributum aliquod Principi pendente, ita statutum sit in leg. Imperatores 7. versicul. Et ideo, ff. de publican. & vigilat. l. prady 56. ff. de iure fisci, cum possessor 5. §. fin. vers. Nec audierit, ff. de censib. adeo vt nec contrarium effici pacto possit, leg. inter debitorem 42. ff. de pact. rubr. & toto titul. maxime l. 2. C. sine censu vel reliquis fundum comparari non posse. Hoc enim specialiter procedit in tributis, vt & in decimis ac iuribus episcopalibus, ad alimenta ministrorum Ecclesiae pertinentibus, quemadmodum aduertit rectè Hieron. Gabr. dist. consil. 47. numero 15. vers. Nec refert, inuncto num. 12. quod & tradiderant Spectator, & alij relati, ac recepti à Tiraq. de retractu consang. §. 6. §. 1. num. 7. & §. 29. gloss. 2. numer. 7. vers. Et in decimis, Rebuffo tom. 2. ad leges seu consuet. Gallicas, titul. de consuet. redituum, articulo 1. §. 10. §. 14. numero 25. quibus subscribunt etiam Aluaz. Valde, de iure emphiteut. quest. 17. numero 17. in fin. Vincent. de Francis decisi. 107. num. 11. c. 12. atque alij non pauci, quos referunt, & sequuntur August.

54

Barbosa in collect. ad Text. in cap. tna 26. num. 13. de decim. ac D. Amaya ad relatum legem 1. & 2. Cod. de annon. & tribu. lib. 10. num. 10. Huiusmodi nempe canstarum fauore, ob quem tacitum pignus a iure inductum est in prediis, ex quibus hæc iura debentur, iuxta ea, quæ de causa alimentorum, aut alia pia, vel publica cum pluribus resolu. d. s. f. ratiore præcedenti, n. 49. post modum, vers. Nisi obligatio, quanquam non omnes ea ratione nitantur: & in tributis * quod res ipsa tributaria, & cætera possessoris bona pro illis obligata sint, probat apertus Textus in d. l. cum possessor, s. ult. illic: Quominus prædium iure pignoris distrahatur, l. 1. v. r. Potior, C. si propter publicas pensitas, iuncta l. 1. C. in quibus causis pign. vel hypoth. tacite contrab. l. 1. & 2. C. de captivis, & distrah. pign. lib. 10. l. 25. vers. Otrosi, vbi not. Gregorius Lop. gl. 2. tit. 13. part. 5. resoluunt Rebuff. d. gl. 14. numero 26. Negulant. de pignor. 4. membr. secunda part. num. 125. Aluar. Valat. d. questione 17. n. 20. Ioann. Garf. de expens. cap. 11. num. 51. Pater Molin. de iust. & iur. tom. 2. distit. 456. numero 5. vers. De eisdem, Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 11. tit. 14. num. 8. pignoris autem causa integrum debitum, pro quo illud iure tacite siue expresse accessit, absoluet, & donec ei satisfiat fundum pignoratium auocat a quolibet possessore, vt pluribus probauit dissert. 20. numero 3, atque ita consequens est, vt possessor tam ad præteritos census silico teneatur, quam ad futuros, vt in terminis aduertunt proximè relati; & in possessore beneficij, super quo pensio imposta est, vel rei, super qua imposta est pensio pro annuariario, aut alia similis, quæ vicem alimentorum habeat, quod ex eadem tacite hypothecæ ratione teneatur ad pensiones antea decursas resoluunt, & explicant post alios Stephan. Gratianus discept. forens. tom. 1. c. 94. ex num. 51. ad 59. & tom. 2. cap. 294. num. 11. D. Alexand. Ludou. dec. 507. ex numer. 1. & ad eundem Olin. Beltrami in addit. sub numero 7. D. Ioan. del Castillo quæst. controuers. tom. 6. d. cap. 161. numero 3. qui in hoc casu rectè praxim illam admittant, quod præmitti diligentie debeant aduersus antecessorem, vt potè in immediatè obligatum; & nihilominus (quod attinet ad tributaria) quia plures ne hoc onere solvendi reliqua, siue pensiones præteriti temporis implicarentur, à Principis filico huiusmodi prædia emere, aliove titulo accipere refugiebant, id ins quoad ementes vel aliter accipientes ab eo, postea remissum est ab Imperatoribus Valentiniano, & Valente in l. 1. C. Theodosiano de fisci debitoribus, tit. 16. lib. 10. illic: Nonnulli fiscalem refugiantur sanctionem, metuentes ne si aliquam bonorum emerint portionem, etiam ad reliqua debita inferenda teneantur. Nihil igitur ab his amplius flagitetur, &c. quo pertinent nonnulla iura Codicis Iustiniani, quæ veram hinc lucem, & interpretationem accipient, nempe Text. in l. si qui proficibente 6. C. de fide, & iure hære fiscal. lib. 10. in d. l. apud eum 7. C. de censibus, & censitor. l. locorum 11. ad fin. illic: Et ex eo tempore, ex quo primò loca, de quibus agitur, ceperint possidere, tributa poscantur, C. de omni agro deserto, & in l. 2. vers. Si quis autem, C. de fund. rei priuatae, libro 11. Tantumque id ins tacite hypothecæ, ad reliqua, siue præteriti temporis tributa etiam à possessore exigenda, mansit in eunte, vel alio titulo accipiente à prinato tributaria prædia quia quod quis ab ita accipiendo retrahatur nihil Principis, seu fisci interest, quippe * qui à quocumque maluerit, potest integrum tributum exigere, & re etiam ab vno possessore in alium translata, electionem habet, à quo reliqua petat, licet possessori soluenti census aduersus Authorem detur, vt satis colligitur ex d. l. cum possessor, s. qui non habita, iuncto

d. s. ult. ff. de censib. l. cum seruus 39. (alias l. Aphri. canus, vel l. apud Iulianum 40. & alias l. idem Iulianus 41.) s. hæres, ff. de legat. 1. vt intellexerunt rectè Iacobus Cuiac. alia iura obiter explicans lib. 19. obseruat. cap. 5. & lib. 19. responsorum Papin. ad relata l. cum possessor, s. qui non habita, & s. ult. & in commentar. ad d. l. prædium, & ad tit. C. sine censu, vel relig. Dionys. Gotofred. nota 2. ad verbum reliqua, in d. l. apud eum, optime D. Francisc. de Amaya in dicit. l. 1. & 2. à num. 5. ad 9. C. de annon. & tribu. libro 10. id quod ad censum consignatum, de quo agimus, applicari nequit, quippe in quo tale tacitum pignus inductum minime reperitur, nec à vendente ex ipsa census impositione super certo fundo facta inductum censetur, vt dissertatione sequenti, in solut. ad l. argumentum probabimus, quicquid vldgo interpretes fere omnes contrarium existimant, idque etiam apud Gallos receptum testetur Tiraquel. de retrat. consang. d. s. 6. gl. 1. numero 7. vers. Et licet multi, iuncto vers. Tamen apud nos; nam & in censu emphiteutico tacitum pignus ex ea ratione cum Bartolo, Angelo, & aliis multo verius inficitur Rebuff. tom. 2. ad leges Gallicas, tit. de constitut. reddituum articulo 1. gl. 14. n. 27.

Denique quartus & vltimus casus relatus supra 63. num. 19. vt census venditor, qui rem censitam irrequisito censui domino alienauit, possit pro censu directo conueniri, omisso rei possessore, ex eo in primis conuincitur, quod domini requisitio ad alienationem rei censitam tantum requiritur in motu proprio Pij V. quem non esse in Hispania receptum infensius ostendunt, dissert. 36. nam in extraneis Martini, & Callixti, quarum iure vtitur, illa non desideratur; quinimo nec eam in passionem deduci posse, velut graue onus census venditori inferentem, vt non alij quam domino census, absque eius consensu rem censitam vendere possit, quasi ex sententia D. Couar. qui tamen id minime docuit, putauit Olanus in concord. antinom. lib. 3. num. 107. quamuis contrarium longè verius sit, vt cum pluribus probauit in præced. dissert. numero 71. post princip. Deinde quia cum actio in rem scriptæ, quæ pro censu competit, ea sit natura, vt ipsam rei possessorem sequatur, in eumque omnino sit exercenda, vt superius probauimus, illa minime immutari potest ex accidentibus illo casu, quod census dominus à debitore, rem censitam vendente requisitus non fuerit; maxime cum ea conditio à Pio V. desiderata vt dominus requiratur, longè alio spectet, vt videlicet ins instat domini in venditione rei emphiteuticæ, extraneo emptori præferatur, vt satis ex eodem motu proprio colligitur, & aduertit optime Ludo. Cencius de censibus p. 2. c. 1. q. 3. art. 4. num. 12. ad fin. adeoque de vno casu ad alium non recta fit illatio, vt alius ad conuincendam Phollerij, & sequacium distinctionem paulò ante expendebamus.

Sed nec huiusmodi actio in rem scripta, pro reddito anno competens potest aduersus plures rei censitæ possessores in solidum exerceri, sed pro rata tantum vt rectè tradiderunt Guido Pape, & alij supra relati num. 20. ex ratione ibidem subiecta, & latius comprobata num. 56. & 57. quod hæc actio sequitur possessorem ratione fructuum, quos ex re possessa percipit, & idè amplius ins teneri non potest quam pro qua parte possidet, & fructibus potitur; quod vltra Text. in c. constitutus 6. vers. Cum autem, de relig. domibus, id probantem in censu referatino, à quo consignatiuum quoad ins reale non differt, vt expendi d. num. 20. quicquid enim Text. euitate conetur, ne contrariæ praxi obstat D. Couar. lib. 3. var. c. 7. num. 7. ad fin. vers. Nam & decisio, apertissime quoque probatur in l. si tertius 6. (quæ de

actione in rem scripta loquitur) s. 1. in si illic: Sine cum pluribus agatur, singul. in partem conueniantur, & s. vers. quoque, illic: Sed in partem, ff. de aqua plu. arcend. cuius Text. ad hoc celebris, mirum est nomen meminisse. Vnde cauendum est à Nauarro, Valasco, & aliis supra a me relatis num. 8. vers. Quod & ipsam, exultantibus, quemlibet possessorem in solidum pro integro censu conueniri posse, ex eo potissimum, quod etiam iuris regulæ contrarium iuuant, mens tamen contrahentium ea esse videtur, vt ex pluralitate possessorum non fiat deterior conditio domini census, argumento Text. in l. 2. s. ex his, vers. Non enim, ff. de verb. oblig. qualis fieret si ille teneretur à quolibet pro parte exigere, quod valde incommodum esse constat ex reg. l. 3. in princip. ff. fidei, et sic. cum similibus relatis à Gloff. ibi, verbo non minima. Nec enim * animaduertunt, mentem contrahentium in dubio iuxta naturam contractus, & iuris regulas in eo traditis interpretandam esse, l. ex conducto 15. s. Papinianus, alias l. si vno 17. vers. Sed & si verbo, & l. quæro 54. alias 56. s. inter locatorem, vers. Paulus, ff. locati, l. insulam 6. ff. de prescr. verbo l. si stipulatus 4. vers. Verum si emptor, illic: Quia non est verissime plus venditorum promississe, quam iudicio empti præstare compelleretur, ff. de usur. cum aliis non paucis, & vltra ordinatis in dicitis locis, resoluunt Alex. cons. 75. num. 3. lib. 6. Decius cons. 388. num. 4. Tiraq. ad l. boues, s. hoc sermone. limit. 18. num. 2. ff. de verborum significatione, Petrus Peralta ad l. si quis in princip. testamenti, n. 76. ff. de legat. 3. Menoch. de pres. lib. 3. præf. 104. n. 16. (vbi quod contrahentes contrahere censentur secundum naturam contractus) & à numero 28. Alexand. Raudentis de analogis, libro 1. c. 34. num. 233. ac post plures alios D. Ioannes del Castillo quorid. controu. lib. 5. cap. 86. num. 3. & 4. conferunt quæ ego quoque post alios in simili docui dissert. 29. num. 29. ex quibus, & aliis à Nauarro, & sequacium sententia merito discesserunt, contrarium magis probantes, Ferdin. Rebellus de oblig. iust. 2. p. lib. 10. de censib. quæst. 6. num. 2. vers. Verum non debemus, ac n. 3. Ludouicus Cencius de censib. p. 2. c. 2. q. 3. artic. 8. num. 4. & 5.

Quod autem diximus, tertium rei censitæ possessorem recta via pro censu omnino conueniendum esse, tunc demum procedit, cum census ipse simpliciter constitutus, ac venditus est super re immobili fructifera, ad nihil aliud vltra ipsius contractus naturam se personaliter venditore obligante, quo casu personalis ipsius obligatio venit accessorie, & in consequentiam rei, & sequitur rem ipsam quocumque ierit. Secus autem erit, si & venditor ipse (provt frequentissimum est) se etiam vltimus specialiter obligauerit ad anni redditus à se constituti ac venditi solutionem, tunc enim in arbitrio erit creditoris, seu domini census vel agere aduersus tertium, ac singularem rei censitæ possessorem actione in rem scripta vt censum recognoscat, & pro tempore ac modo possessionis soluat, iuxta superius tradita, vel si malit, aduersus ipsam venditorem, & eius hæredes, quod eam illi soluendo sunt, longè frequentius, & vltimus est, quomodo locum obtinet traditio D. Couar. & aliorum, quos num. 10. ad fin. retulimus, quicquid eam absolute damnet, ac fallam creat Gabr. Perey. decis. 66. num. 1. vers. Nihilominus, nam imò in se vera est. Non tamen ex illorum ratione, quod principalis obligatio in censu sit personalis, & idè possit aduersus eius venditorem, aut ipsius hæredem directò exerceri, omisso tertio rei censitæ possessore, nec propterea census dominus impediatur, quin si velit possessorem potius conuenire, omisso primordiali debitore, cuiusve hæredes, id facere possit absque illius

excoffione virtute hypothecariæ irregularis; quia nullam hic propriam interuenire hypothecam regularem, aut irregularem longè verius est, vt diximus. Sed ex eo potius, quod cum census venditor post constitutionem, ac venditionem huius iuris censualis, quod per se consistere poterat, & in consequentiam tantum venditorem, vt potè rei censitæ dominium, ac possessorem, obligabat, se vltetias personaliter ad census solutionem aditruerit, inde necessariò profuit, quod licet hæc etiam obligatio respiciat rem censitam, cuius contemplatione facta est, & census dimittaxat duret, quatenus res ipsa perduraerit, vt præcedenti dissert. ex num. 17. late probauit, tamen eadem re durante, à quocumque possessa sit, potest venditor vel eius hæres ratione personalis obligationis, vltra iuris realis venditionem, & obligationem ei consequentiam principaliter factæ, directò pro annuo reddito conueniri, & quidem excoffione virtute instrumenti publici, in quo talis obligatio continetur, quod iure nostro Regio, & ex variis aliam nationum statutis paratam executionem habet, iuxta superius tradita dissert. 14. num. 1. dissert. 23. num. 2. & 6. & dissert. 24. num. 30. Quam * executionem nec si debitor rem censitam possideret euitare possit, re ipsa dimissa pro redditibus, provt tertius possessor potest, multoque minus eadem re oblata cum aliis etiam bonis, iusto pretio æstimatis pro sorte principali ac redditibus in eam diem decursis, cum redditum tantum sit debitor, & pro eis conueniatur, nec pro sorte quoquo modo possit, atque ita applicari nequit beneficium Auth. hoc nisi debitor, C. de solut. cum corpore unde sumitur, cui apud nos consol. l. 3. vers. Pero si acacelle, tit. 14. p. 5. & vltra ordinarios, pro eius exornatione addendi sunt plures relati à D. Ioan. del Castillo quorid. controu. tom. 4. c. 10. num. 52. vers. Et materiam, & à Ioan. Aloyio Riccio in collect. decis. p. 1. c. 207. idque in terminis post alios vulerunt Tiraq. de retrat. consanguin. s. 1. gl. 6. numero 21. Pholler. in praxi censuali, verbo tanquam res iudicatas, num. 46. Petrus Belluga in speculo princip. Rubr. 41. num. 43. vers. Sed quid, Ioannes Gutier. præf. quæst. lib. 1. q. 148. à n. 16. Felician. de censib. lib. 1. c. 8. numero 11. vers. Contrarium, ad fin. & libro 3. c. 5. num. 15. vers. Sed an illius, & vers. Circa quam, Rodrig. de redit. lib. 1. q. 18. n. 50. vers. Quod autem, & lib. 2. quæst. 9. num. 68. vers. Videtur tamen, & vers. Ex quibus; quicquid contrarium tanquam certum supponat Pizarrus ad statutum de Guasalupe de censib. condit. 3. verbo e mucho mas, post principium cui accedunt Azened. ad l. 19. num. 133. vers. Imò & potest, tit. 21. lib. 4. nona compilat. & Auend. de censibus, c. 110. num. 12. & 13. male quasi sibi contrarium allegans Felicianum, qui re vera non est, d. capite 5. numero 15. Igitur * (vt ad rem redeam) 67. dicitur illæ actiones, nempe personalis in rem scripta aduersus singularem rei possessorem, & merè personalis aduersus debitorem, qui vltra census impositionem, ac venditionem se præterea ad eius solutionem nominatim obligauit, domino siue emptori electione competunt; cum possessorem non vult conuenire, quas & concedunt Ludou. Cencius de censib. p. 2. c. 2. quæst. 5. art. 7. & 8. vbiq. numero 1. & qui eum refert, & sequitur Floridus Maulon. de caus. executis. ampliat. 6. numero 14. sic omnino accipiendi aduersus Auend. de censib. c. 59. ex numero 7. qui indistinctè negat merè personalem, cum distinctione hanc non petceperit. Executio autem actio aduersus tertium dirigi nequit, nisi in casibus à me relatis dissert. 14. ex numero 31. quicquid eam absolute concesserint plures, quorum ibidem memini numero 35. & vltra eos Gutier. consilio 49. numero 11. & stante pragmatica Regis Alphonsi de censibus, Petr. Phol. Jurijs,

lerius, & alij à me congesti *differt.* 28. num. 71. Sed nec ea actio semper locum habet aduersus recognoscen-
 68 centem censum, & ad eius solutionem se personaliter in publico instrumto obligantem, sed tunc tantum cum rem censitam possidet, secus si eam in alium alienauerit, quo casu pro rebus tantum suo tempore de curis conueniri executione potest virtute personalis obligationis, à se in recognitionis instrumto facta, pro rebus autem futuri temporis necesse est, vt nonus possessor, à recognoscen-
 69 te causam habens, actione in rem scripta conueniatur, vt & ipse recognoscat, ac soluat, aut rem dimittat, vel si rem dimittere magis eligat, tunc demum recurratur ad censum venditorem, eiusve heredem, iuxta superius tradita. Nec enim antecessor recognoscens ad eos teneri potest post alienationem in alium factam; cum * obligatio, & recognitio ab eo facta fuerit ex necessitate possessionis, & oneris adherentis rei possessæ, solumque addiderit executionem virtute instrumti publici, in quo talis recognitio, & obligatio continetur, & ideo est intelligenda solum quatenus necessitas ipsa possessionis postulat, argumento Text. in l. rem legatam 18. in fine, illic: *Cum nemo in necessitatibus liberalis existat, ff. de adm. legat. cum similibus relatis à Titraquel. ad l. si unquam*, verbo *donatione largitus*, numero 106. *Cod. de reuocand. donation.* & alius congestis à Simone Vaz Barbosa ad principia, & loca communia iur. lit. L, num. 9. August. Barbosa axiom. 13, & Gabr. Alvarez ad eadem iuris axiomata, lit. L, numero 70. Nisi ipse recognoscens aliter se voluntarie obligauerit, prout iure potest, argumento Text. in l. cum qui 5. §. quod exigimus, vers. Nam & quod ego deo debeo, tu constituendo teneberis, ff. de constituta pecun. & in lege 2. ff. de duobus reis, cum similib. & apud nos in lege 2. in princip. & in fin. tit. 16. libro 5. nona compilat. & vtrumque in terminis resoluit D. Couar. var. resol. lib. 3. c. 7. num. 6. §. Hinc etiam deducitur, vers. In eo tamen, Guliel. Redoan. de rebus Eccles. q. 17. de constit. a nu. census, n. 69. vers. Sed hoc, Gutier. pract. quest. lib. 2. quest. 177. numero 5. in princip. qui etsi de hac sententia statim dubitet in vers. Hac tamen limitatio, ob aliqua quæ adfert fundamenta, & alia considerata à Salazar de usu. & consuet. c. 11. n. 65. & vers. Ego vero, cum n. 79. qui contrarium opinatus est, quando debitor absque consensu creditoris seu domini census rem censitam alienauit, imò & Gutierrez ipse illis adactus fundamentis, quæ certe parum stringunt, tandem subiungat in vers. Et quamuis, quòd etsi opinio D. Couar. æquitatem præ se ferre videatur, contraria tamen in puncto iuris videtur verior; tamen idem potest in nouiore editione, vers. Nihilominus, se corripit, D. Prædis sententiam re bene pensata (vt cum eo loquar) in puncto etiam iuris vt verior em probans, & iuxta eam non semel ex facto se obtinuisse asserens; idem constantius affirmant Felicianus (cuius ipse Gutier. meminit) lib. 3. de censib. capite 6. num. 7. Rodrig. de rebus lib. 2. quest. 9. numero 56. post princip. vers. Secundum, Auenda. de censib. c. 99. n. 3.

Vnde illius questionis ad praxim vtilissimæ resolutione profuit, an si census dominus seu creditor elegerit petere à debitoribus, eiusve hæredibus, ab eoque longo tempore, nempe decem annorum præsentem tertio rei censitæ possessore, vel viginti, eodem absente, rebus recuperauerit, & post id tempus in solutione cessatum sit, impediatur eius temporis cursum ne actione in rem scripta possit aduersus possessorem illum experiri, vt censum recognoscat, & soluat, aut rem censitam dimittat? In qua questione pro affirmatiua parte sequentia faciunt. In primis quia tertius rei possessor cum titulo, & bona fide, tanti temporis

prescriptione tutus est ne aduersus eum huiusmodi actione possit agi, lege si vi vel metu 3. vers. Postquam, & vers. si modo, Cod. de his que vi, in l. glof. verbo quoque & gl. ult. post princ. vers. Vel de prescrib. recepta à Zyno 7. opposit. vers. Petrus dicit, Bart. num. 9. ad fin. vers. Ad tertium notabile, & vers. Nota quòd auct. Bald. num. 6. Vel hic erat actio, Angelo in fin. Paulo Castrensi, num. 2. post princip. Aretino. numero 2. in princip. & in 2. conclus. Alexand. ceteris melius explicante numero 6. versiculo Fide secunda, in d. l. 3. & ceteris communiter, vt testantur eos sequuti Francisc. Balbus de prescrip. 1. p. 4. partis principalis, numero 3. 4. & 5. Titraquel. de retract. consang. §. 1. gl. 10. n. 14. D. Francisc. Sarm. select. interpret. lib. 2. capite 11. numero 7. & 8. ad fin. Parlad. lib. 1. rer. quotid. capite 1. §. 11. num. 3. Balthasar Mogollon in tract. de his que vi, in præambulis, numero 24. in d. c. 12. in princip. num. 20. Petr. Barbosa ad l. 3. numero 16. in d. c. de prescrip. 30. vel 40. annor. nouissime Antonius Caarero de mens, libro 1. c. 12. in princip. in d. c. Quod & * in actione hypothecaria traditum est in l. si a creditore 7. vers. Sane, illic: *Vel longi temporis prescrip. in d. l. si. fin. vers.* Si non longi, C. de obligat. & act. l. 1. & 2. C. si aduers. credit. prescrip. oppon. l. si obligata 19. C. de cens. quoniam aliud sit si tertius rei hypothecaria possessor causam rem titulam habeat à non domino cum mala fide, quæ tunc iuxta ciuiliam iura eget prescrip. 30. annorum, l. si 3. vers. Eodem etiam & l. cum notissimi 7. in princip. vbi talis possessor dicitur extraneus, C. de prescrip. 30. vel 40. annor. l. 27. tit. 29. partis. 3. & l. 39. tit. 13. partit. 5. vbi eadem distinctio adhibetur (quæ tamen iure canonico inspecto, nullo tempore vtrunque longissimo materia fidei prescrip. admittente, cui in hac materia standum est, locum non habet, c. vigilanti, §. c. fin. de prescrip. cum similibus, in d. c. quæ nos late diximus *differt.* 8. num. 11. & 12.) & in effectu ita Doctores communiter tradidere, quemadmodum resolunt, & explicant Francisc. Balbus de prescrip. 4. parti. 4. partis, quest. 3. num. 1. Matth. Affid. & ei addentes decif. Neapolit. 139. num. 1. Card. Parisius conf. 50. num. 2. vol. 1. Roland. à Valle conf. 79. n. 7. eod. volum. Sfortia Oddus conf. 82. numero 49. Fachin. controuers. iur. lib. 12. capite 82. (qui duo Negulantiij distinctionem de pignor. 2. membr. 6. partis princ. num. 1. & 13. inter tertium possessorem habentem causam à debitoribus, & habentem ab alio optime conuincunt) & ex nostratibus sententiam hanc communem esse proficitur D. Francisc. Sarm. dicto libro 2. select. c. 9. num. 1. Petrus Salazar de usu, & consuetud. c. 11. num. 50. & 51. at vti verior em sequuntur Galpar Rodiericus de rebus lib. 2. q. 9. n. 63. (vbi duos hos, Sarmientum, & Salazar, à communi tandem discedentes, rectè taxat) Petrus Barbosa in d. l. si 3. num. 183. & 184. & in d. l. cum notissimis, in princ. à numero 15. cum aliis infra. Neque est id * apud nos immutatum in l. 63. Tauri, quæ est l. 6. tit. 1. §. lib. 4. nona compil. dum absolutè constituit, actionem hypothecariam, vel mixtam, personalem scilicet & realem simul, non minori tempore quam 30. annor. finiri; quia procedit respectu debitoris principalis, eiusque hæredis, aduersus quem iure communi quadragenaria requiritur prescrip. in d. l. cum notissimis, §. quæ abbreuiat, d. l. 27. partis. vers. Item, Mas si acaciele, & d. l. 29. vers. Otrisi decimos, quæ prescrip. in d. l. 63. Tauri, & similibus compilat. ad tricenariam redacta est; quicquid cum legem Parlad. & Azen. mox referendi, & Barbosa in d. l. si 3. n. 191. & 193. & in d. l. cum notissimis, num. 30. nimis violentè intelligant in debito, cui hypotheca accessit,

non in ipsa hypothecaria actione. Non autem lex illa Taurina, & similibus compilat. locum obtinet respectu tertij, ac singularis successoris cum bona fide, ac titulo, contra quem, vt dixi, longi temporis prescrip. sufficit, quemadmodum vtrunque resoluit in d. l. 63. Palac. Rubens n. ult. vers. Nisi dixeris, Michael Ziphontanus ad fin. v. r. In ead. l. Did. Castellus gl. vlt. n. 65. vers. Tu dic, & Ant. Gomez. rectè inspectus num. ult. vers. Prædicta tamen, (quia n. præced. vers. Tamen hodie, loquitur tantum de extraneo possessore, iuxta terminos d. l. cum notissimis, d. c. 11. num. 52. (vbi & de communi hac nostratum sententia fidem facit, licet n. segg. vnam & alteram conturbare tenet) Gomezius Legionensis in centur. informat. ac decif. Hispalens. facti seu decif. 50. n. 3. & 4. Olanus in concord. antinom. lit. H. n. 24. & 27. (vbi tamen male pro hac sententia solum citat Ziphontanum, ceteros eius l. interpretes contrarium docuisse secunde asserens, cum eos non viderit) Parlad. & Azeued. aliter tamen, vt dixi quoad metam hypothecariam sentientes, ille d. lib. 1. c. 1. §. 16. à princ. in d. c. 5. hic verò, de vtraque actione tam hypothecaria, quam in rem scripta loquens, in d. l. 6. compil. n. 43. 44. & 45. Gutier. conf. 47. n. 9. vers. Secundo, & peremptorie, & pract. quest. lib. 1. q. 90. n. 2. & 9. Pater Molin. de iust. & iur. tom. 1. tract. 2. disput. 69. num. 5. & 6. Ceullus pract. q. commun. contra communi. lib. 1. q. 3. n. 3. & 4. Felician. tom. 1. de censib. lib. 3. c. 4. n. 12. & tom. 2. eod. lib. & cap. n. 18. (vbi in vers. Ego tamen, rectè communem tuerit) D. Ioan. del Castill. quotid. consuet. lib. 4. c. 26. in addit. quæ extat post finem c. n. 33. Quam omnem resolutionem verissimam & ego existimo, quicquid Ludou. Auenda. de censib. c. 103. ex n. 5. nouè in contrarium tenet, & tertium hypothecæ possessorem, saltem cum ab initio pactum intercessit de illam non alienando, si non præscribere nisi vel tempore immemorialis, vbi titulus non ostenditur, vel illo ostenso, per tempus 40. annor. iuxta Text. in c. 1. in d. l. glof. verbo legitime, de prescrip. in 6. & in c. cum persona 7. vers. Quod si sales de priuileg. eod. lib. cum his, quæ per hæc iura vltra ordinarios, & alios notatur D. Couar. var. r. sol. lib. 1. cap. 16. n. 7. & in reg. possessor. 2. p. §. 4. n. 5. vers. Nam quoties, & vers. Primum quidem, Burgensis de Pace conf. 33. n. 26. & conf. 41. n. 10. Petr. Auend. de exeq. mand. 1. p. c. 1. n. 21. vers. Imò vltra dico, & 2. p. cap. 4. n. 20. vers. In aliis Malfard. de probat. tom. 2. conclus. mibi 1219. satis constat, n. 6. & 7. & concl. 1220. n. 20. & 26. D. Molin. de primogen. lib. 2. cap. 6. n. 52. Mieres de maiorat. 4. p. q. 20. n. 366. & q. 21. n. 54. vers. Sed an que dicta, Matienç. ad l. 1. tit. 10. lib. 5. nona compilat. §. 19. n. 4. Gutier. pract. quest. lib. 3. q. 65. n. 11. & 12. Caldas Petrey. q. forens. lib. 1. q. 23. n. 101. ad fin. vers. Quibus addo, Stephan. Gratian. discip. forens. tom. 3. c. 599. n. 7. & tom. 4. c. 614. n. 7. & 9. & c. 620. n. 8. D. Valençuela consil. 43. n. 33. & 34. Melch. Pherb. decif. 82. n. 10. D. Ioan. del Castill. nonnullos ex his mendose citans quotid. controuers. lib. 5. cap. 93. §. 8. num. 1. in princ. & vers. Concedimus, Qui omnes etiam in rebus profanis id procedere resolunt, nonnullis licet reclamantibus, quibus perperam accedit vir aliqui doctissimus Petr. Barbosa ad Rubr. C. de prescrip. 30. vel 40. ann. ex n. 130. Sed & id apud nos planè comprobatur ex connectione duarum legum Regiarum nempe l. 1. tit. 15. lib. 4. & l. 1. circa fin. vers. Y si por el dicho priuilegio, tit. 10. lib. 5. nona compil. Hanc itaque verissimam doctrinam, quam & resoluit Lud. Auend. ad l. 41. Taur. gl. 6. numero sexto, minus rectè ipse d. c. 103. ex numero 5. applicat ad rem specialitè hypothecatam cum clausula de non alie-

nando, quæ hæc non possit à tertio eius possessore etiam cum titulo, aduersus creditorem prædicti minoris tempore, quam 40. annorum, quod æquale immemorialis prescrip.ioni absque titulo. Nec enim animaduertit, clausulam illam dumtaxat operari, vt titulus habeatur pro non titulo, ad cum effectum, ne is creditori præiudicet quin recta via possit aduersus rei possessorem experiri, vt pluribus probati *differt.* 14. numero 14. numero 49. in d. c. 11. traditis à numero trigesimo secundo, adeoque ad tam dissimilem effectum minimè trahendam fore, iuxta aliam regulam, quod limitata causa limitatum producit effectum, quam pluribus quoque probati, & exortuui *differt.* 15. numero 6. maxime quia duæ concurrent specialitates, quas ius regulariter non admittit, vt & ostendi cum pluribus *differt.* 6. numero 39. vt & ostendi cum pluribus *differt.* 17. numero 42. & vltra ibi adductos obseruant cum aliis Malfard. de probat. tom. 1. conclus. 410. numero 6. & tom. 2. conclus. mibi 1220. Niximus, numero 75. Camil. Gallin. de verb. signif. lib. 9. capite 3. à numero 25. Denique iura præcedenti numero relata, quæ in tertio hypothecæ contenta sunt, cum generaliter, & indistinctè loquantur, talem distinctionem non admittunt, lege non distinguimus 32. in principio, ff. de recept. arbit. cum similibus à me relatis *differt.* 2. numero 5. Nec contrarium eunice potest ex dicta lege 1. Codice si aduersus creditorem prescrip. oppon. in illis verbis: *Præterquam si debitor res, vel qui in eorum iura successerint, obligata rei possessioni incambant, quæ Auend. d. capite 103. num. 6. vers. Pro qua resolutione, præcisè accipienda fore ait de re hypothecata cum prohibitione alienationis, eò quòd regula initio illius legis proposita, quòd tertius hypothecate rei possessor longi temporis prescrip.ione aduersus creditorem tutus est, de simplici hypotheca loquatur, & ideo vt exceptio subiecta in versiculo Præterquam, aliquod operetur, accipi omnino debeat eo in casu, quo in hypotheca adert alienationis prohibitio. Nam & in hoc aperte fallitur, nec considerat, verba illa referri ad eam causam, quo debitoribus adhuc vel possident per mediam aliorum personam, qui illorum nomine rem teneant, putà precarid, vel vt commodatarij, coloni, vel inquilini, iuxta regul. Text. in lege quod meo decima octaua, ff. de acquirenda possessione, cum similibus.*

His accedit, quòd cum prescrip. iuducta sit fit tam fauore possidentis cum bona fide, & iusto titulo per tempus à lege definitum, vt post id securus maneat, quam odio Domini, aut creditoris, intra illud petere negligentis, & ad litum materiam amputandam, lege secunda, in principio, illic: *Minuendarum scilicet litium causa, Digestis de aqua, & aqua pluuiali accend. lege prima, Digestis de usucap. in princip. insit. eodem titulo, lege finali, ff. pro suo, lege secunda in principio, Codice de annuali exception. capite vigilanti quinto, ad prescrip. capite placuit decimo octauo, §. prescrip. & §. he prescrip. 23. questione quarta, lege prima, titulo 29. partis. 3. prolequantur optime vltra ordinarios obique Petr. Gregor. synagm. iur. lib. 40. c. 11. num. 1. 2. & 3. Conan. & Donel. comment. iur. ciuil. ille libro 1. cap. 7. num. 7. & lib. 3. c. 11. num. 1. hic verò libro 5. c. 30. vers. Prima & præcipua, cum segg. & ad eum Osual. Hillig. alios congerens lit. A, vers. de equitate, & lit. B, & C, nouiss. Carol. Aug. Mella disp. de usucap. p. 1. n. 7. & ego *differt.* 38. num. 14. hæc omnes rationes faciunt, vt tertius rei censitæ possessor, aduersus quem census dominus actionem in re scripta experiri possit, vt censum recognosceret, ac solueret, aut rem ipsam dimitteret, nec fecit, debitorum*